Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



50

sapientiam & gratiam dei erat in illo. Et ibant parentes eius per
omnes annos in hierusalem in die sollemne paschae. Sed ne
quis quam hic parentis consanguineos potius mariae cum ipsa
matre meus intellegendus putet: quid ad illud respondebit quod ipse ter lucas superius dixit. Erant pater
eius & mater mirantes super his quae dicebantur de illo.
Cum igitur ipse natus non ex concubitu ioseph: sed ex maria
uirgine natum xpm. Unde eum pater meus appellat.
Nisi quia uirum eum mariae recte intellegimus: sine cum mix
tione carnis ipsa copulatione coniugii & ob hoc etiam xpi
patrem multo coniunctius quae ex eius coniugem natus sit:
quam si ei esset. aliunde adoptatus. Unde manifestum est.
illud quod ait. sicut putabatur filius ioseph propter
illos dixisse: quia non ex ioseph sicut alii homines nascun
tur natum arbitrabantur. Ac hoc etiam si demonstra
re aliquis posset mariam ex dd nullam consanguinitatis
originem ducere satis erat secundum istam rationem acci
pere xpm filium dd quam ratione etiam ioseph pater eius
recte appellatus est: quanto magis quia cum euidenter
dicat apostolus paulus: ex semine dd secundum carnem xpm:
Ipsam quoq: mariam de stirpe dd aliquam consanguini
tatem duxisse. Dubitare utiq: non debemus eius se
mine quin nec sacerdotale genus tacetur insinuante
luca quod cognata eius est. et ex sabeth quam dicit de fili
abus aaron firmissime tenendum est: carnem xpi
ex utroq: genere propagatam: et regum scilicet et sa
cerdotum. In quibus personis apud illum populum he
breorum: etiam mistica unctio figurabatur: id est
chrisma unde xpi nomine lucet tanto ante etiam ista
euidentissima significatione praenuntiatum.

III. Quare alios progenitores xpi
matthaeus enumerat alios lucas: